capitanei. Idem eſt, ſi inveſtitura ſit facta a capitaneis, & majoribus valvaſoribus qui proprie [1] hodie capitanei appellantur. Si vero facta fuerit a minoribus, [2] vel minimis valvaſoribus, aliud eſt. Tunc enim poſſunt deveſtiri non habita ratione culpæ: niſi [3] fecerint [4] hoſtem Romæ, tunc enim idem eſt in minimis, quod in majoribus valvaſoribus: vel niſi [5] emerint feudum: tunc enim pretium reſtituendum eſt ſecundum antiquum & rationabilem uſum. Moderni [6] autem non ita ſubtiliter cernentes, dicunt idem obſervandum in minimis, quod dictum eſt in majoribus valvaſoribus.

TIT. VIII. [7]

DE SUCCESSIONE FEUDI.

Si habens feudum decedat maſculis & filiabus relictis: ſoli maſculi ſuccedunt in feudum, non filiæ ſeu fœminæ. Baldus.

SEquitur de ſucceſſione feudi videre. † Si quis igitur deceſſerit filiis & filiabus ſuperſtitibus: ſuccedunt tantum [8] filii æqualiter [9], vel nepotes [10] ex filio [11], loco [12] ſui patris: nulla [13] ordinatione [14] defuncti in feudo manente, vel valente.

Feudo paterno alienato, vel de quo eſt filia inveſtita, ſuccedit maſculus ſuperſtes. Baldus.

§. 1. Hoc quoque obſervatur, ut ſi frater meus alienaverit [15] partem ſuam feudi [16], vel fecerit [17] inveſtiri filiam [18] ſuam, ſi moriatur ſine herede maſculo, nihilominus revertitur ad me [19]: & olim obſervabatur usque ad quartum gradum tantum ſecundum quosdam: hoc ideo, quia poſtea non [20] vocatur feudum paternum. Alii autem dicunt usque ad ſeptimum [21] gradum.

Filia non ſuccedit in feudo, licet vaſallus deceſſerit ſine herede maſculo, niſi inveſtitura facta fuerit in patre, ut filii, & filiæ ſuccedant in feudum. Bald.

† Filia [22] vero non [23] ſuccedit in feudo, niſi [24] inveſtitura fuerit facta in patre, *ut filii, & filiæ ſuccedant in feudum*, (tunc enim ſuccedit filia filiis non [25] extantibus) vel niſi [26] inveſtitæ fuerint [27]. Hæc de hoc feudo paterno. † In alio vero feudo, quod habuit initium tantum a fratribus [28], non [29] ſuccedit unus alteri, ſive una inveſtitura, ſive duabus: niſi [30] hoc fuerit dictum expreſſim, ut alter alteri ſuccedat.

TIT. IX. [31]

QUI [32] SUCCESSORES TENEANTUR.

SI quis inveſtitus fuerit de alieno [33] feudo *poſt* [34] *mortem ejus* [35], vel ſi quis fuerit inveſtitus *ſub* [36] *conditione aliqua, vel tempore* [37], *quo nullus erat* [38] *inveſtitus*: ſive præmoriatur tenens feudum, ſive inveſtitor ſive inveſtitus: inveſtitor, & [39] inveſtitoris heredes tenentur inveſtito, vel heredi ejus veniente tempore vel conditione: licet alii dicant [40], ſi moriatur inveſtitus antequam tenens feudum, vel ante conditionem exiſtentem, vel ante tempus, quod heredes ejus non debeant inveſtiri: nam ſi quis fuerit inveſtitus pure [41] de alieno feudo, non valet habita inveſtitura. Hoc [42] ita eſt, niſi fuerit facta ab aliqua eccleſiaſtica perſona: tunc enim ſi præmoriatur inveſtitor, antequam feudum tenens vel conditio, vel tempus exiſtat: non obligatur ſucceſſor illius: hoc probatur per Legem Lotharii de precariis [43], & hoc [44] intelligendum eſt in vaſallis, qui feudi ſucceſſionem [45] non habent.

TIT. X. [46]

DE CONTENTIONE INTER DOMINUM ET FIDELEM DE [47] INVESTITURA FEUDI.

Orta contentio inter dominum & fidelem de inveſtitura, decidi debet, vel per pares curiæ, vel per juramentum poſſeſſoris. Bald.

SI contentio fuerit inter dominum & fidelem de inveſtitura feudi, per [48] pares curiæ [49] dirimatur: Alii [50] enim teſtes, etſi idonei ſint, admittendi non ſunt, inopia [51] tamen probationum dirimatur per religionem [52] clientuli [53] poſſeſſoris [54] feudi, vel cum [55] duodecim ſacramentalibus [56], ſecundum quosdam. Cæterum ſi dominus poſſideat, etiam per ſuum jusjurandum cum duodecim ſacramentalibus dirimatur: hoc ita, niſi clientulus ſit gaſtaldus [57], vel actor domini, tunc enim tantum [58] ſuæ, id eſt, domini religioni ſtatur: niſi [59] habeat teſtes pares idoneos [60], nam [61] aliquando malignando multa bona auferuntur [62] domino hoc modo, & hoc colligitur per legem, quæ eſt in titulo de acquiſitione actorum regis in Lombardia [63]. Idem dicendum eſt de guardia.

TIT. XI.

[DE PIGNORI DATO FEUDO QUID JURIS SIT.]

SImiliter ſi [64] quis voluerit dicere *de pignore ſibi dato ſe inveſtitum eſſe*, non [65] credatur ſuo juramento, ſed teſtibus idoneis [66] paribus domus, vel curiæ. † Inſuper ſciendum eſt feudum guardiæ, & gaſtaldiæ quacunque [67] hora vult auferri [68] poſſe a domino, ſcil. poſt [69] annum.

TIT. XII. [70]

DE CONTENTIONE [INTER ME ET DOMINUM DE PORTIONE] FEUDI FRATRIS [MEI] DEFUNCTI.

Fratri ſuperſtiti defertur jusjurandum, ſi partem habet in feudo, de quo eſt contentio inter eum, & dominum. Bald.

SI contentio fuerit inter me, & dominum *de portione feudi fratris mei defuncti*, dicendo [71] *paternum eſſe, & ſic* [72] *me debere ſuccedere*, ille vero minime, tanquam habuerim partem [73] meam: ſive poſſideo [74], ſive alienavi, dabitur mihi jusjurandum, ſcil. patrem meum jure inveſtitum fuiſſe: licet non poſſideam portionem fratris mei. Si vero nullam partem habuero illius feudi, nec mihi nec domino dabitur jusjurandum, niſi propter ſupradictam rationem domino, non, ut ego propter hoc aliud meum feudum amittam. Si tamen vaſallus poterit probare paternum fuiſſe, ſive poſſideat, ſive [75] non, obtinebit: alioqui niſi [76] probet paternum fuiſſe, vel niſi poſſideat, dominus obtinebit.

TIT. XIII. [77]

DE ALIENATIONE FEUDI.

Vaſallus hoc jure poteſt etiam ſine voluntate domini feudum alienare ad libellum, usque ad medietatem, & non in plus: & non per alium contractum. Bald.

SI clientulus [78] voluerit partem ſuam feudi alienare, id eſt, medium [79], ſine domini voluntate poterit hoc facere: ulterius [80] progredi non [81] poteſt, ſecundum juſtum & verum uſum: alio-

1 *tit.* 1. *ſupr. eod.* improprie. *Cujacius.* 2 *tit.* 16. *ſupr. eod.* & *tit.* 1. §. 5. Ʒ. *eod.* 3 Prima exceptio. 4 Id eſt, niſi valvaſinus cum domino Romam (cum qua Longobardis res fuit ſemper) in expeditionem perrexerit. Adde *tit.* 20. J. *eod.* & 2. *feud.* 1. *tit.* 1. §. 5. Ʒ. *eod.* 5 Secunda exceptio. A de *tit.* 16. J. *eod.* 6 Mediolani. Cujac. *arg. tit.* 1. §. 5. 2. *feud.* 10.
7 *tit.* 4. Cujac. Ad intellectum hujus *tit.* vid. Kinſchot. *reſp.* 2. *num.* 46. Anſ. 8 §. 2. J. *eod. tit.* 1. §. 3. Ʒ. *eod.* 9 *d. tit.* 1. §. 1. *in fin.* 10 *d. tit.* 1. §. 2. 11 Non ex filia. 12 *tit.* 14. §. 1. J. *eod.* jure etiam repræſentationis admiſſo. 13 Succedendi ordinem in feudis vaſallus mutare non poteſt: h. e., non poteſt beſſem uni, alteri trientem legare. Quid? poteſtne quis heredem damnare, ut ex feudo annuam vini vel frumenti modiationem aliquam det Titio? Baldus, Alvarotus, Ravennas ita putant, cum in hac ſpecie teſtetur defunctus de fructibus a feudo ſeparatis, qui proprii ſint heredis, non feudi. 14 Id eſt, teſtamento vel prælegato. 15 In filiam. 16 Feudum antiquum a vaſallo alienatum ſine conſenſu domini, primo filiis vaſalli, deinde agnatis ejus committitur, non ipſi domino. 17 2. *feud.* 39. 18 Filiam vaſalli de feudo novo inveſtire dominus poteſt etiam invitis vaſallis: cum id feudum ſit ad ipſum dominum recaſurum, qui inveſtivit & feudum contulit: de feudo paterno & antiquo, invitis agnatis non poteſt, niſi vivo ipſo vaſallo, id eſt, tantiſper dum vivit ipſe vaſallus pater filiæ ita inveſtitæ. 19 Si alienationi, aut inveſtituræ non conſenſero. *d. tit.* 39. alias non revertitur, *tit.* 24. *tit.* 5. §. 1. Ʒ. *eod.* 20 Hoc hodie immutatum. J. *eod.* 21 Hodie in infinitum. 2. *feud.* 50. v. Mynſinger. 3. *obſerv.* 95. 22 Fœminæ in feudis ſuccedunt vel ex pacto, vel ex gratia domini (feudo hoc poſtremo caſu libere ad ipſum dominum reverſo, ut hic) vel ſi feudum ſit maternum. Quid filius filiæ? ſuccedit, ſi pater inveſtitus fuerit pro ſe, filiis maſculis & fœminis ex ſuo corpore deſcendentibus. *l.* 1. *C. de condit. inſertis.* 23 *tit.* 1. §. 3. *ſupr. eod.* 24 Prima exceptio. *d.* §. 3. 25 Fuit hæc Gerardi ſententia *tit.* 6. §. 1. Ʒ. *eod.* 2. *feud. tit.* 17. *verſ. non enim. tit.* 50. *tit.* 51. §. 3. *tit.* 104. §. 1. 26 Secunda exceptio. 27 A domino. *tit.* 24. J. *eod.* 28 Id eſt, in feudo fraterno ac novo. 29 Vid. *tit.* 20. J. *eod.* 30 Exceptio *tit.* 14. J. *eod.* Frater fratri in feudo fraterno (quod initium accepit a fratre) non ſuccedit, niſi ex pacto: *ut hic*, aliud in emphyteuſi. *Ravennas.* Quin & in feudo fraterno ſuccedet frater, ſi feudum ita conceſſum fuerit, *duobus fratribus & ſingulis feudum & rectum & nobile concedimus*, ut eo caſu ſinguli ſolidum feudum accepiſſe videantur.
31 Qualiter heres inveſtitoris teneatur. *Cujac.* 32 *tit.* 5. Cujac. 33 *tit.* 3. Ʒ. *eod.* 34 In diem inveſtitura fieri poteſt, vel ita: inveſtitura diem & conditionem recipere poteſt. 35 Id eſt, poſſeſſoris. 36 Sub conditione & in diem quis inveſtiri poteſt. 37 Inveſtire vaſallum dominus ſub ea conditione poteſt: *cum aperietur feudum.* Hunc in modum, feudum nondum apertum conferri ſub conditione poteſt: pure non poteſt. 38 Lego, *erit.* 39 In feudis ſpes conditionalis inveſtituræ tranſit ad heredes active & paſſive. facit §. 4. *verſ. ex conditionali. Inſt. de verb. oblig.* Ita feudum comparatur magis contractui, quam ultimæ voluntati: quia ſpes conditionalis in ultima voluntate non tranſit ad heredes *l. ſi ex* 9. *ff. de ſuis.* 40 An bene, ut vult gloſſa? An male: ut communiter gloſſæ opinionem reprobant Belviſanus, Iſernias, Baldus, Laudenſis. 41 Pure de alieno feudo inveſtiri nemo poteſt. 42 Quæ ſuperius dicta ſunt de inveſtitura in diem vel ſub conditione facta, locum non habent in inveſtitura facta ab Eccleſiaſtica perſona. Quid ita? quia ſi ante diem vel eventum conditionis inveſtitor Eccleſiaſticus deceſſerit, ſucceſſor ejus ratam inveſtituram habere non cogitur, *ut hic.* In laico inveſtitore, heres inveſtitoris factam ita inveſtituram probare tenetur. 43 Precaria, eſt ceſſio uſusfructus rei immobilis, quæ fit clerico ad tempus, vel dum vixerit, ea lege, ut eccleſiæ miniſterium exhibeat. *Synodus Toletana: c.* 3. fiebat etiam ei, ejusve liberis qui rem ſuam eccleſiæ donaſſet. adde *quæ de precaria dixi ad Nov.* 7. *c.* 4. *Novell.* 20. *c.* 1. *l.* 14. §. 5. *C. de ſacr. eccleſ.* 44 Quod ſuperius dictum eſt initio hujus capitis, locum habet, quoties primus vaſallus deceſſit ſine ſucceſſore maſculo vel agnato. 45 Feudum ſucceſſionem non habere dicitur, quod morte accipientis finitur, *ut hic*, & *tit.* 27. & 2. *feud.* 26. §. 2.
46 *tit.* 4. *ſupr. eod.* 47 *tit.* 6. Cujac. 48 *d. tit.* 4. 49 Iidem pares Curtis dicuntur *tit.* 2. §. 1. *tit.* 4. *paſſim.* Ʒ. *eod.* pares domus. *tit.* 11. J. *eod.* pares de domo. *tit.* 26. §. 1. J. *eod.* compares, convaſalli. 50 Teſtes extranei in aliis cauſis jure civili paſſim admittuntur. *l.* 1. *ff. de teſtib.* In feudis ſeu jure, pares Curiæ tantum admittuntur. 51 Probationum inopia (ut quia nulli ſint pares Curiæ) recurritur ad juramentum: eſt enim ſubſidium probationum jusjurandum. Sic apud Mimum, jusjurandum emplaſtrum æris alieni dicitur, vid. 16. Gell. 7. *in fin.* 52 Id eſt, jusjurandum. 53 Id eſt, vaſalli. Clientulus enim his libris ſumitur pro vaſallo. 54 *tit.* 4. §. 3. Ʒ. *eod.* 55 Sacramentales nunquam jurant, niſi aliqua ſuſpicio ſit vel præſumptio adverſus poſſidentem jurantem. Idem in purgatione canonica, quippe infamia apud bonos notatus, purgandus eſt Canonice, *c. cum in juventute ſua* 12. *x. de purg. canonica.* Ita quoque jure civili ad inquiſitionem non pervenitur, niſi præcedentibus indiciis. Cyn. *l. ult. C. de quæſt.* 56 *tit.* 4. §. 2. Ʒ. *eod. tit.* 28. *infr. eod.* 57 Dixi *tit.* 2. *ſupr. eod.* 58 Sine ſacramentalibus. 59 Atqui pares Curiæ teſtes eſſe non poſſe videntur: cum paulo ante dictum fuerit eos eſſe judices? Interpretes putant numerum parium ſpectandum eſſe, ut ſi ad utrumque munus ſufficiant pares, hoc eſt & teſtium & judicum, hi teſtes, illi judices eſſe poſſint: ſin pauciores ſint, ut per illos ſolos factum poſſit probari, teſtium officio fungentur, alius vero ſeu aliunde judex ſumetur. Sin per alios res probari poterit, pares ipſi judices ſint. In re tamen obſcura, teſtes eſſe debebunt: alter vero judex adſumetur. facilius enim reperiuntur judices quam teſtes: nam & nova inveſtitura per pares probatur, antiqua etiam per extraneos *cap.* 1. J. *qui teſtes ſint neceſſarii.* 60 *tit.* 11. 61 Præſumitur officialis multa ſuis ex bonis a domino quæſiviſſe: imo & ſubtrahere potuiſſe. adde *l. defenſionis facultas.* 7. *C. de jure fiſci. l. ſi defunctus.* 10. *C. arbitr. tutelæ.* 62 Ab actore. *l. ult. in fin. ff. de officio præſidis. l.* 1. §. 1. *ff. de off. procurat. Cæſar.* 63 *Lib.* 2. *tit.* 17. *de acquiſitionibus actorum regis.* Lombardi libros eſſe Authenticos hinc colligunt.
64 Præſumendus nemo eſt in feudum rem accepiſſe, quæ pignori tantum ei data eſt, niſi probetur. 65 Imo creditur. *tit.* 28. J. *eod.* Cur non creditur? Poſſediſſe jure pignoris, aliud ſane eſt a feudi poſſeſſione: & proinde non hoc probat, qui illud probat. 66 *tit.* 10. Ʒ. *eod.* 67 Hæc eſt natura feudi improprii. 2. *feud.* 81. ut poſt annum auferri quandocunque poſſit: ut judicis ſententia neque requiratur, neque tempus datum judicatis, niſi forte jus domini ſit incertum. 68 Feuda guardiæ & gaſtaldiæ non ſunt perpetua: cum quacunque hora poſt annum vaſallo ſuo poſſit ea auferre dominus. 69 *tit.* 1. §. 1. *tit.* 2. *ſupr. eod.*
70 *tit.* 7. Cujac. 71 *tit.* 4. §. 2. Ʒ. *eod.* 72 Frater fratri mortuo ſuccedere poteſt in feudo paterno. 73 Sive mediam, ſive majorem, ſive minorem: Ita partis poſſeſſæ ratione, præſumitur totum poſſeſſum. 74 Poſſeſſio multum confert ut jusjurandum poſſeſſori deferatur. 75 Hæc verba, *ſive non*, Cujac. expungit. 76 Præſumitur feudum potius novum quam paternum, vid. 2. *feud.* 11. *in fin.*
77 *tit.* 8. Cujac. 78 Id eſt, vaſallus. *verſ. etſi* J. *eod. tit.* 10. Ʒ. *eod. tit.* 79 *tit.* 5. *in fin. pr.* & §. 1. *ſupr. eod.* 80 Hodie ne quidem partem alienare poteſt ſine domini voluntate. 2. *feud.* 9. 52. 55. ut nec pignorare totum vel pro parte ſine voluntate domini. *c.* 1. *de prohibita feudi alienat. per Frideric.* 81 Poteſt tamen hodie ſubfeudare: nec enim hic prohibetur ſubfeudatio. *c.* 1. *qualiter olim poterat feudum alienari.*

quin,

quin, & feudum amittit, & non valebit quod factum eſt. Quod dictum eſt alienare, intelligas de libello [1]. [Huic conſuetudini derogatum eſt per legem Lotharii [2].] Mediolanenſes [3] vero irrationabiliter [4] conſiderantes dicunt clientulum etiam alienare poſſe in totum, & ſine domini voluntate. † Inde poteſt præſumi, ſi clientulus fecerit libellum in perpetuum de feudo ſuo alicui eccleſiæ [5], non valet: ideo [6] ſcilicet, quia [7] nunquam reverſurum ſit ad dominum, cum *eccleſia non deſinat* [8] *eſſe heres*: quod obſervandum eſt (&) in privato ex natura [9] perpetui libelli. Sed [10] diverſum obſervatur in eccleſia, quam in privato. Eccleſia [11] enim cultrix & auctrix juſtitiæ non patitur contra juſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alterum: privatus vero ſæpe obviat juſtitiæ. † Et ſi clientulus fecerit libellum, vel aliud [12] de medietate feudi ſine domini voluntate: eo mortuo ſine legitimo herede maſculo (quod verbum [13] ita intelligendum eſt in feudo, id eſt, ſine filio maſculo) revertitur [14] feudum ad dominum. † Si vero cum [15] domini voluntate totum, vel medium alienaverit, ſtabilis permaneat alienatio, fratri vero vel nepoti [16] per libellum facta alienatio, etiam [17] ſine voluntate domini. (Item [18] in feudo comitatus, vel marchiæ, vel aliarum dignitatum non [19] eſt ſucceſſio ſecundum rationabilem uſum: ſed hodie hoc eſt uſurpatum [20].)

TIT. XIV. [21]

[22] DE FEUDO MARCHIÆ, VEL DUCATUS, VEL COMITATUS.

In feudis dignitatum non ſuccedit heres, niſi ſit inveſtitus. Bald.

DE marchia, vel ducatu, vel comitatu, vel aliqua legali dignitate ſi quis inveſtitus fuerit per beneficium ab [23] Imperatore: ille [24] tantum debet habere, heres enim non ſuccedit ullo modo, niſi [25] ab imperatore per inveſtituram acquiſierit.

1. SI [26] capitanei, vel valvaſores majores, vel minores inveſtiti fuerint de beneficio: filii vel nepotes ex [27] parte filiorum [28] ſuccedunt. Si vero unus ex his filiis, vel nepotibus ſine deſcendentibus maſculini ſexus heredibus mortuus fuerit, prædicti [29] fratres vel nepotes per inveſtituram patris & avi in beneficium ſuccedunt. Et ſimiliter intelligendum eſt in conſobrinis [30].

2. SI [31] duo fratres ſimul [32] inveſtiti fuerint de beneficio novo, & non de paterno: ſi unus eorum ſine deſcendentibus [33] maſculini ſexus mortuus fuerit, dominus ſuccedit non frater: niſi [34] pactum [35] fuerit in inveſtitura, quod frater fratri ſuccedat. Per pactum enim frater ſuccedit, non dominus. Et quod diximus de fratribus, ut unus alii ſuccedat per pactum: idem [36] dicendum eſt de filiabus, [37] ſi hoc pactum conciliet: & ſic per pactum [38] filiæ [39] ſuccedunt.

TIT. XV.

AN [40] MARITUS SUCCEDAT UXORI IN BENEFICIO.

Maritus uxori non ſuccedit in feudo, etiam fœmineo, niſi ſpecialiter ſit inveſtitus. Bald.

SI fœmina [41] habens beneficium (& maritum [42]) moriatur: nullo [43] modo ſuccedit [44] in beneficium [45] maritus, niſi [46] ſpecialiter inveſtitus fuerit. † Et ſi ipſa fœmina filios dimiſerit: dicunt quidam [47], filios non debere ſuccedere in beneficium matris, niſi ſpecialiter ſit dictum, vel inveſtiti fuerint: quia ſecundum uſum regni [48] ad beneficium vocantur paternum, & non maternum. Sed ſecundum æquitatem [49] dicamus filios [50] debere ſuccedere. Hoc dicimus de capitaneis, & de majoribus valvaſoribus, & de minoribus: de minimis autem & de iis, qui beneficium tenent a majoribus [51] valvaſoribus, ſic ſervetur, ſicut inferius [52] dicemus.

TIT. XVI. [53]

DE FEUDIS DATIS MINIMIS VALVASORIBUS QUID JURIS SIT.

Minores valvaſoribus minimis feudum auferre poſſunt quandocunque, pretio tamen reſtituto, ſi quod acceperint. Bald.

SI minores valvaſores beneficium tollere voluerint minimis valvaſoribus, licet [54] eis facere: excepto [55] ſi beneficium [56] vendiderint [57] eis. Si vero pretium de beneficio acceperint, tunc aut pretium reddant, aut beneficium dimittant.

TIT. XVII. [58]

[59] QUIBUS MODIS FEUDUM AMITTATUR.

SI capitanei, vel majores valvaſores, qui hodie vocantur capitanei [60] (licet improprie dicantur minores) ſeniores [61] in bello dimiſerint [62] vel, ſi credentiam [63] ad eorum damnum ſcienter manifeſtaverint [64], ſi valvaſores ſeniorum uxores adulteraverint [65], ſi ſcienter ſeniores aſſalierint [66] vel [67] ſimiles [68] culpas commiſerint: beneficio carere debent.

TIT. XVIII. [69]

APUD [70] QUEM VEL QUOS CONTROVERSIA FEUDI DEFINIATUR.

SI contentio fuerit de beneficio inter capitaneos [71], coram Imperatore definiri debet. Si vero fuerit contentio inter minores valvaſores & majores de beneficio: in judicio parium definiatur, vel per judicem [72] curtis.

SI [73] aliquis de capitaneis, vel de majoribus valvaſoribus, vel de minoribus ſuum beneficium, ſive totum [74] ſive partem alienaverit [75] & [76] ipſe vel heres ejus ſine herede deceſſerit: quia beneficium ſenioribus aperitur, totum quod fecit, revocari debet.

1 Libellarius contractus quid ſit, vid. 2. *feud.* 9. J. 2 De qua vide 2. *feud.* 9. 44. 52. 55. Feudi alienatio omnis ſive univerſi, ſive partis feudi ſit, hodie prohibita eſt lege Lotharii. 3 Facit 2. *feud.* 44. 4 Conſuetudinem ſine ratione interdum admitti hinc notant: dum ne bonos in mores committat. 5 Quid? civitati num poteſt vaſallus in feudum dare? non poteſt, *arg. hujus capitis. l. An uſusfructus.* 56. *ff. de uſufructu.* 6 Cur feudum in perpetuum libellum dari non poſſit, adde 2. *feud.* 9. 7 Eccleſia heres perpetua intelligitur. 8 Idem pene dicitur de municipiis, *l.* 56. *ff. de uſufructu.* 9 Natura perpetui libelli quæ. 10 Vaſallo olim licitum erat feudi dimidium alienare per libellum; idque in privatum, non in Eccleſiam. Ita nonnunquam deterioris eſt conditionis Eccleſia quam privatus, quod fit ideo, ne cum alterius injuria locupletetur Eccleſia: Ita non fuerit hoc caput adverſus eccleſiæ libertatem. *Auth. caſſa, C. de ſacr. eccl.* 11 Eccleſiæ commendatio. 12 Id eſt, ſi pignori obligaverit. 13 Heredis nomine, jure feudiſtico, filius maſculus ex maſculo deſcendens non ex fœmina intelligitur, *ut hic*, & 2. *feud.* 34. §. 2. *verſ. profecto.* J. 14 Quia perempto jure auctoris, perimitur jus ſucceſſoris, *ut hic*, & 2. *feud.* 8. §. 1. *tit.* 9. *in pr.* 15 2. *feud.* 52. 55. 16 Id eſt, fratris filio, *ut tit.* 5. *verſ. item ſi fratrem.* Ʒ. *eod.* 17 Inter agnatos proximos aliquid permittitur, quod inter extraneos non eſt permiſſum, *ut hic.* Permiſſa eſt inter agnatos feudi alienatio ſine voluntate domini, at non in extraneos. Cur permittitur? hujusmodi alienatio proprie non eſt alienatio, ſed refutatio potius feudi paterni ab initio. 18 Incluſa, ad ſequentem titulum pertinent, ejusque initium faciunt, proxime ante §. 1. 19 In feudis dignitatum, ſtricto jure (aliud uſu) non eſt ſucceſſio, *ut hic.* Cur non eſt ſucceſſio? hujusmodi feuda vel dignitates ſucceſſione non quæruntur, ſed electione & conceſſione principis. 20 Conſuetudine ſcilicet & ita hoc verbum plerunque intelligitur. *l.* 13. §. *ult. ff. de injuriis. l.* 1. §. 6. *ff. de extraord. cognit.*
21 *tit.* 9. Cujac. 22 De inveſtitura Marchiæ, Ducatus aut Comitatus, & ejus ſucceſſione, & retentione. *Cujac.* 23 Regalium dignitatum collationes, ſummi principis ſunt. 24 In feudis regalibus dignitatem habentibus non ſuccedit heres, niſi de novo per inveſtituram adquirat. *Goth.* Hujus obſervantiæ veſtigium apud Hiſpanos adhuc viget. Ducalis enim dignitas niſi per Regem renovetur, non tranſit ad heredes. Zuareſ. *in l. quoniam. C. de inoff. teſtam. dubit.* 1. *in fin.* & *dubit.* 2. *num.* 10. Molin. *de primogen. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 20. & *ſeq.* Anſ. 25 Hodie uſurpatum eſt, ut feudum regale jure ſucceſſionis adquiratur. 2. *feud.* 55. §. 1. hoc eſt, deferuntur hujusmodi feuda primogenito. Quid ſi incertum ſit, quis primogenitus ſit: An ambo admittentur ut vult Alexander? An ſupremus feudi dominus alterutrum prout voluerit, eligere poterit: ut poſt Baldum notat Alvarotus? Quid ſi Rex vel Dux ante regiam vel ducalem dignitatem indeptam filium habuerit, & alium poſt eam adeptam ſuſceperit? Hunc, non illum præferri notant: ſi modo conſuetudo non de primogenito ſimpliciter, ſed de primogenito Regis, vel Ducis loquatur. 26 De ſucceſſione feudi Capitaneorum & valvaſorum, *tit.* 10. Cujac. 27 *tit.* 1. §. 2. *tit.* 8. Ʒ. *eod.* 28 Id eſt, patrum ſuorum. 29 Filii, ſcilicet vel nepotis mortui. 30 Sobrinis, *Hot.* patruelibus. *Cujac.* 31 De ſucceſſione domini in feudo ejus, qui fratrem vel filiam habet. *tit.* 12. Cujac. 32 *tit.* 1. §. 2. *in fin.* Ʒ. *eod.* 33 In feudalibus ſucceſſionibus deſcendentes collateralibus favorabiliores, quippe deſcendentes aſcendentibus, ſuccedunt etiam in feudo novo: at non collaterales collateralibus, niſi hoc dictum ſit. 34 *tit.* 8. Ʒ. *eod.* 35 Frater fratri non ſuccedit in feudo novo, niſi ita pactum ſit. 36 Simile poteſt extendi in feudis, & ſic a ſimilibus ad ſimilia progredi poſſumus, etiam in cauſis feudalibus. 37 *d.* §. 2. *in pr.* Cujacius ſequentia addit ex manuſcriptis, in his omnibus videndum eſt, quid actum ſit inter contrahentes. Inveſtitura enim quæ fit ante duos, vel tres liberos homines, ſervari debet, niſi juri vel naturæ contraria ſit. Si ergo Domino & fideli placuit, ut paciſcantur de filiabus, quatenus ipſæ ſuccedant, hoc quoque ſervandum eſt, & ſic per pactum filiæ ſuccedunt.
38 Pacto derogari poteſt feudorum naturæ. Pacto enim poteſt effici ut fœminæ & collaterales ſuccedant in feudo novo. 39 Maritus non ſuccedit uxori in feudo, etiamſi nulli ſint propinqui uxoris. Ita titulus, Unde vir & uxor, juris civilis, locum non habet in feudis. Quod ita verum, ut etiamſi maritus una cum uxore inveſtitus ſit, ei non ſuccedat, niſi in inveſtitura adjectum fuerit ut ſuccederet.
40 De ſucceſſione feudi materni non conjugalis. *Cujac.* 41 Fœmina interdum capax eſt beneficii. 42 Feudum tamen in dotem marito ſuo uxor dare poteſt: adeo ut vaſallus marito ſervire teneatur non ipſi mulieri. 43 2. *feud.* 13. 85. 104. §. 2. 44 Liberi ſuccedunt in feudo materno, licet id in inveſtitura dictum non fuerit: quæ ſententia non uſu regni, ſed ex æquitate obtinet. Quid filii naturales? non ſuccedunt matri in feudo materno. Ita, *l. ſi quæ illuſtris. C. ad SC. Orphitianum*, in feudis locum non obtinet: *c. naturales in fin. ſi de feudo defuncti.* 45 In alode tamen cognatos uxoris excludit. 46 *d. titul.* 85. 47 Stricto jure. 48 Regni proprie beneficium vocatur paternum &c. *Cujac.* 49 Æquitas juri ſtricto præferenda. 50 2. *feud.* 50. 51 A minoribus. *Cujac.* 52 *tit. prox. infr. eod.*
53 *tit.* 13. Cujac. 54 *tit.* 1. §. 5. Ʒ. *hic.* etiam non habita ratione culpæ. *tit.* 7. *verſ. ſi vero facta.* Hodie ſententia hæc correcta eſt ſecundum Gloſſam & Doctores; ut ſcilicet hodie non poſſint minores valvaſores, minimis ſuis valvaſoribus quandocunque velint feuda auferre reſtituto pretio: ut nec poſſunt iisdem feuda auferre, ſine cauſa cognita & convicta culpa. 55 Vel niſi hoſtem fecerint Romæ. *d. verſ. ſi vero*, id eſt, niſi Romam cum domino in exercitu profecti fuerint, *tit.* 1. §. 5. Ʒ. *hic.* 56 Beneficium non vendiderint, quidam ita legunt, vid. *Cujac.* 57 *d.* §. 5. *d. verſ. ſi vero.*
58 *tit.* 14. Cujac. 59 Qualiter capitanei vel valvaſores feudo priventur. *Cujac.* 60 Capitanei licet improprie vel minores &c. *Cujac.* 61 Id eſt, dominos. 62 *tit.* 5. Ʒ. *hic. tit.* 21. §. 1. J. *eod.* 2. *feud.* 24. §. 2. 63 Id eſt, arcanum, ſecretum, ut 2. *feud.* 6. *verſ. tutum*, & *tit.* 7. *verſ. etſi aliquid mihi, tit.* 24. §. 2. *verſ. Item ſi delator* 3. *Conſt.* 2. *Neapolit.* 18. facit *l.* 38. *ff. de pœnis. l.* 6. *ff. de re militari.* 64 Credentiam domini manifeſtans vaſallus feudo privatur: ſi modo malo animo & nocendi domino, id fecerit, & damnum inde ſecutum fuerit. Idem ſi amicitiam cum inimicis domini vaſallus contraxerit. Amicitiam intellige non ſimplicem, ſed animo injuriæ & damni domino inferendi. Unde conſtat his caſibus vaſallum ignorantem non puniri. Hoc tamen inter ſuperiores caſus intereſſe dicitur: quod revelans domini ſecretum vaſallus probare tenetur, ſe non id feciſſe animo nocendi: cum amicitiam contractam cum inimicis domini, probare dominus teneatur. Priorem enim caſum illicitum eſſe, poſteriorem non æque: Cur? non eſt res illicita amicitiam contrahere. 65 *tit.* 5. *verſ. item ſi fidelis.* 66 Vid. *d. tit.* 5. *verſ. ſimiliter ſi dominum.* Ʒ. *hic.* 2. *feud.* 51. §. 2. 67 Similes culpæ ſimilem pœnam exigunt, ſimilis autem cenſetur arbitrio judicis. *l. non poſſunt.* 12. *ff. de leg.* 68 2. *feud.* 24. §. 2. *verſ. ſed quia natura.*
69 *tit.* 15. Cujac. 70 Forum feudale varium eſt. Quid enim ſi lis inter imperatorem & civitates fœderis Longobardici fuerit? pares civitatis & Comitatus judicant: niſi imperator ipſe in Longobardia ſit: tunc enim poteſt ipſe judex eſſe. §. *ſi qua controverſia. tit. de pace Conſtantiæ.* Quid ſi contentio eſt inter capitaneos Imperatoris? ſolus Imperator, *ut hic.* Quid ſi inter alios vaſallos? ſi utrique in aliis feudis non controverſis ejusdem domini ſint convaſalli, Dominus feudi judex erit: ſi unum conſtiterit vaſallum eſſe in alio feudo, quam contentioſo, Pares curiæ judices erunt: ſi dubium fuerit quis litigantium ſit vaſallus, ordinarius vel arbiter judicabit, *c. ſi inter. de lege Conrad.* ſi de feudo antiquo tantum inter ſe litigabunt Curia. *c.* 1. *de inveſt. in mar.* ſi unus antiquum eſſe, alter novum & proprium dixerit, pares Curiæ ſine domino cognoſcent. *c.* 1. J. *an apud judicem.* ſi plures inveſtituras proferent ipſi litigantes, ordinarius judex erit. §. *ſi duo. de pace tenenda.* ſi lis inter vaſallum & non vaſallum, Ordinarius. *c.* 1. *de contr. inter vaſ. & alium.* ſi inter dominum & alium non vaſallum, ordinarius quoque. §. *pen. de proh. al. feud. per Fred.* ſi inter dominum & vaſallum lis eſt, vel de inveſtitura, vel de amittendo feudo, vel de vi, vel de denegata juſtitia, pares Curiæ cognoſcent (niſi forte nimis ipſi domino faveant, vel niſi pares ipſi meticuloſi ſint: tunc enim vel officium præſidis advocatur, *arg. l. illicitas.* 6. *ff. de off. præſid.* vel imperatoris) ſi inter dominum, & eum quem dominus negat eſſe vaſallum, pares quoque cognoſcent. Bald. *d.* §. *pen.* Quid ſi citra privationem feudi criminaliter agetur ad vindictam, vel civiliter ex injuria, damno, interdicto? ordinarius cognoſcet. Bald. *c.* 2. *de lege Conradi.* Quid ſi juriſdictio privilegio, ſtatuto, vel conſuetudine ſit finita? ea ſpectanda fuerit. Bald. *d.* §. *pen.* Quid in cauſa appellationis? ſuperior cognoſcet. Vide hic & Ravennatem. Quid? juramenti ratione, Eccleſiaſticus judex eſtne in negotiis feudalibus competens judex? vid. Alvarotum §. *ult. de inveſtit.* 71 Id eſt, primi ordinis vaſallos, veluti Duces, Marchiones, Comites. 72 Judex Curtis judicabat inter convaſallos de feudalibus controverſiis: quo nomine Judex Curiæ dicebatur, videturque ita alibi legendum 2. *feud.* 15. *in fin.* & 46. *in fin.* 73 Quando per alienationem Capitanei vel valvaſores feudo privantur. *tit.* 10. Cujac. 74 *tit.* 5. & *pr.* & §. 1. *tit.* 13. Ʒ. *eod.* 2. *feud.* 44. 75 Sine domini conſenſu. 2. *feud.* 52. 55. 76 Hodie beneficium, ut alienatum eſt ſine conſenſu domini, ita ſtatim committitur. Ita hic §. ad jus antiquum pertinet.

TIT.

TIT. XIX.

[1] CONSTITUTIONES FEUDALES DOMINI LOTHARII IMPERATORIS, QUAS [2] ANTE [3] JANUAM BEATI PETRI IN CIVITATE ROMANA CONDIDIT OBSERVANDAS.

SI quis ex [4] militum ordine deceſſerit, qui de feudo inveſtitus [5] fuerit: ut conſtitutum habemus, obſervetur de beneficio, & ſucceſſione, & culpis. † Si unus inculpatus [6] fuerit una de his nominatis culpis, ut habemus inſertum, obſervetur per conſtitutionem domini Lotharii [7] Imperatoris, quæ eſt conſtituta tempore Eugenii Papæ ante januam beatiſſimi Petri Apoſtoli in civitate Romana per laudamentum [8] ſapientum [9] Papiæ, atque Mediolani, Mantuæ, Veronæ, quæ Brenus (alias Hybernus) vocatur, & Parmæ, Lucæ & Piſæ, & Syponti, & Marchionum atque ducum vel capitaneorum atque valvaſorum majorum.

Decedente milite vaſallo ſuccedit ſibi filius, & nepos ex eo, & frater: quinimo & patruus ſi feudum ſit avitum. Bald.

(Imp. Lotharius Eugenio Papæ, & univerſo populo.)

SI [10] quis miles mortuus fuerit ſine filio maſculo, & nepotem [11] reliquerit, in beneficium avi [12] in patris vicem [13] ſuccedit. Et ſi heredem [14], & fratrem [15] reliquerit, in beneficium patris ipſe [16] ſuccedit. Et ſi filius fratris mortuus fuerit, frater patris [17] in beneficium ſui [18] defuncti [19] ſuccedat [20].

TIT. XX. [21].

DE BENEFICIO FRATRIS, ET QUALITER FRATER IN BENEFICIUM FRATRIS SUCCEDAT.

Frater fratri defuncto ſine filio non ſuccedit in novo feudo. Bald.

SI quis acquiſierit [22] beneficium & ſine filio maſculo mortuus fuerit & fratrem reliquerit: frater non ſuccedat fratri, ſed dominus (habeat) niſi [23] per inveſtituram a domino ordinatum fuerit, *ut frater ſuccedat fratri, ſi mortuus fuerit ſine herede maſculo: vel ſuccedat frater fratri morienti ſine filio:* vel niſi beneficium de [24] communibus [25] bonis fuerit [26] emptum [27]. Vel utriusque nomine domino ſciente: ſi inſimul ſteterint: [28] vel [29] in hoſtem regis adquiſierint [30].

TIT. XXI.

[31] DE FEUDO SINE CULPA NON AMITTENDO.

SAncimus, ut nemo miles [32] ſine [33] cognita [34] culpa beneficium [35] ſuum amittat [36]: ſi [37] ex culpis iis, vel cauſis convictus [38] non [39] fuerit, quas milites ubi [40] ſunt nominare, quando fidelitatem faciunt dominis ſuis: vel [41] per laudamentum [42] parium ſuorum: vel [43] ſi dominis ſuis [44] deſervire noluerint, tunc condictio [45] cauſa data proponitur ad repetendum feudum, ex quo non ſervit domino. Nam ſi ſteterit viginti annis & ultra quod non ſervierit domino: niſi [46] neceſſe fuerit domino, feudum non amittit.

Vaſallus feudo privatur alienando, cum uxore Domini concumbendo, & in pugna, cum poſſet eum juvare, dimittendo. Bald.

SI [47] quis miles beneficium ſuum vendiderit [48] totum ſine (voluntate vel) juſſu domini ſui: ut proprium beneficium amittat [49] decernimus, ſimiliter qui ſcienter concubuerit [50] cum uxore domini ſui, domino vivente [51]: vel ſi in pugna ſuum dominum dimiſerit [52], & cum eo non laboraverit [53], ſi potuerit.

TIT. XXII.

[QUO TEMPORE MILES INVESTITURAM PETERE DEBEAT.]

Si miles intra annum & menſem poſt mortem domini non petat inveſtituram ab ejus herede, vel poſt mortem patris a domino: perdit feudum. Bart.

SAncimus, ut nemo miles [54] ultra [55] annum, & [56] menſem, vadat, ut inveſtituram beneficii ſui a filio [57], vel ſucceſſore domini ſui petat, vel poſt mortem [domini ſui, vel] patris ſui, vel alterius, cui ſuccedere debet: niſi juſta [58] cauſa intervenerit, quare non petierit: veluti [59] morte [60] vel capitales inimicitiæ [61], vel infantia [62], vel juſta abſentia [63]: & ſi (ut ſupra dictum eſt) non petierit, damnetur.

SI [64] quis fecerit inveſtituram, [65] vel [66] cambium [67] de beneficio ſui militis [68], ſine illius conſenſu, cujus eſt beneficium: pro non [69] facto habeatur.

Miles non poteſt deveſtiri a domino ſine [70] culpa, & cauſa cognita, & convicta, per laudamenta parium. Bald.

SAncimus, ut nemo miles [71] adimatur de poſſeſſione ſui beneficii, niſi [72] convicta culpa: quæ ſit laudanda [73] per judicium parium ſuorum, ſicut ſupra [74] diximus. Quod ſi ſui pares inique judicaſſent, miles in poſſeſſione maneat per ſex hebdomadas: & ad [75] noſtram veniat præſentiam cum [76] illis, qui laudamentum [77] atque judicium fecerint, & ante nos definiemus.

TIT. XXIII. [78].

DE [79] CONTENTIONE INTER DOMINUM ET VASALLUM [80] DE INVESTITURA FEUDI.

Si inter militem vaſallum & dominum contentio ſit de inveſtitura: domino deficiente in probatione, vaſallo poſſidenti defertur jusjurandum: domino autem poſſidente, militi vaſallo incumbit probatio. Bald.

SI quis miles [81] in poſſeſſione ſui beneficii fuerit, & dominus inveſtituram negaverit: miles [82] affirmet per jusjurandum, ſi potuerit, quod ſuum ſit beneficium per inveſtituram domini ſui: & ſi dominus poſſederit, & miles ſic dixerit, quod inveſtitus fuerit a domino ſuo, & dominus negaverit: adhibeantur pares illius, & per ipſos inveniatur veritas: & ſi pares non fuerint, veritas inveniatur per dominum [83]; quia [84] non eſt bonum, ut veritas denegetur.

1 De ſucceſſione & culpis militis fidelis. *tit.* 17. Cujac. 2 Imperator, etiam cum in urbe Roma eſt, poteſt legem generalem facere urbi & orbi. 3 Ad limina 3. *Longob.* 10. in atrio. ſolebant eo loci Imperatores conſtitutiones ſuas promulgare. Caſſiod. 9. *var.* 4 Ex eorum militum ordine quos valvaſores nominare ſolent. Oth. Friſingenſis 1. *c.* 3. 5 Lotharii conſtitutiones feudales, de feudorum ſucceſſionibus & culpis, quibus feudum amittitur, ſunt ſervandæ. 6 Accuſatus. 7 Lotharii primi, vid. *hic* Hotom. Tertii. Cujac. *hic.* 8 Conſilium. *tit.* 22. §. 2. *in fin.* Ĵ. *hic.* Autoritatem habet majorem quod plurium conſilio fit & auctoritate, *arg. l. dubium.* 3. *C. de repudiis.* 9 Sapientum Mediolani, atque Papiæ ſeu Cremonæ atque Mantuæ & Veronæ, (quæ vulgo Berna vocatur) & Treviſii & Paduæ atque Vincentiæ, & Parmæ &c. *Cujac.* 10 Qualiter nepos vel patruus ſuccedant in feudo avito. *tit.* 18. Cujac. 11 In ſucceſſione feudi antiqui ſeu paterni, primo vocantur deſcendentes, filius, nepos, deinceps vero, his non extantibus, collaterales. 12 Id eſt, in avitum beneficium. 13 Et ita nepos patris vicem repræſentat, ſive ſolus ſit, *ut hic*, ſive cum patruis concurrat. 2. *feudor.* 11. 14 Id eſt, filium vel nepotem maſculum. 15 Filius patruo præfertur, *ut hic*, & *tit.* 18. 2. *in fin. ſupr. hic.* 16 Filius ſcilicet. 17 Id eſt, patruus. 18 Id eſt, avitum. 19 Id eſt, quod erat delatum fratris filio. 20 Quando frater fratri ſuccedat in feudo.

21 *tit.* 19. Cujac. 22 *tit.* 8. *in fin. ſupr. hic.* de ſucceſſione fraterni ac novi feudi. 23 Prima exceptio. 1. *feud.* 1. §. 2. 2. *feud.* 12. 24 Feudum emptum proprio nomine ex communibus bonis commune eſt: quod repugnat *l. Titium.* 47. §. *altero.* 6. *ff. de admin. tut.* Cur tam varie? Præſumitur ſciens dominus, fratribus inter ſe communibus vaſallis feudum quaſi ſociis dediſſe, partim quia fratres ipſi ſimul vivebant, partim quia de communibus bonis emebatur. Hinc commune negotium tanquam a ſocio, geſtum ea parte videtur, niſi forte ipſius emptionis tempore, emptor nominatim proteſtatus fuerit ſibi uui caveri feudumve emi. *Bald.* 25 Secunda exceptio 2. *tit.* 7. 12. *in fin.* 26 Feudum emi poteſt, *tit.* 7. 16. *ſupr. hic.* 27 Tertia exceptio. vid. *d. tit.* 12. 28 Quarta exceptio. His enim caſibus quatuor frater fratri non ſuccedit in feudo novo. 29 Feudum pecunia adquiri poteſt. 30 Communibus armis. *d. tit.* 12.

31 *Tit.* 20. Cujac. 32 An idem in non milite? Idem, nam quæcunque in feudis conſtituuntur de milite, locum habent in non milite vaſallo: niſi diverſitatis ratio inter militem & alium vaſallum proferatur. *c.* 2. *infr. tit.* 3. 33 Miles ipſo jure feudum non amittit, ſed cauſa cognita, vel convicta. *tit.* 22. §. 2. *infr. hic.* non ſine culpa *tit.* 7. *ſupr. hic.* 34 Quo nomine actio commiſſi feudi criminalis competit. Hotom. 35 Feudum vaſallus non amittit, niſi cauſa rationabili cognita & convicta, *ut hic.* ſic privilegia ſine cauſa auferri non poſſunt. Alvar. *l. ult. C. de diverſ. præd. urb. lib.* 11. 36 Sententia hic requiritur quia privandus dicitur, *l. jubemus.* 14. *C. de ſacroſ. eccleſ. l. ejus.* 29. *ff. de jure fiſci.* alias ſi ipſo jure privaretur, ſententia non eſſet neceſſaria ad ipſius pœnæ eſſentiam, ſed ad executionem tantum, ut multis notat *Ravennas* hoc loco: vid. *c. pro humani. de homicidio in* 6. & *c. ſecundum leges. de hæreticis in* 6. 37 Sed ſi, ita emendo diſpuncta etiam negativa & duabus disjunctivis: quæ ſequuntur, ut mox dicam. 38 Ad convincendum vaſallum quinque teſtes neceſſarii ſunt. *infr. quot teſtes ſunt neceſſarii.* 39 Hanc negativam expungo, eo ſenſu, Miles ſine culpa beneficium non amittit, ſed ſi laudamento parium convictus fuerit, in juramentum fidelitatis commiſiſſe, puta ſi dominis ſuis deſervire noluerit, tunc condictio cauſa data proponitur ad repetendum feudum. 40 2. *feud.* 6. 7. 97. *in fin. infr.* 41 Hanc particulam expunge. 42 Id eſt, judicium. *tit.* 22. *in fin. infr. hic.* 43 Puta ſi, ita legendum cenſeo. 44 Petentibus ſcilicet feudum. 26. §. 3. *verſ. vaſallus* & §. 7. *tit.* 37. §. 1. *infr. hic. tit.* 28. §. 1. facit *lex* 22. *ff. de operis libert.* 45 Condictio cauſa data, vel ob cauſam, cauſa non ſecuta datur domino, ad feudum repetendum, ſi vaſallus debitum ſervitium præſtare recuſaverit. *l. ſi donaturus.* 9. *ff. de condict. cauſa data.* Qua de re vide plura hic apud *Laudenſem.* 46 *d.* §. 7. ſufficit voluiſſe, licet non ſervierit. 47 Quot modis miles beneficium ſuum amittat. *tit.* 21. Cujac. 48 Vid. 2. *feud.* 55. 49 Quid ſi poſt culpam, ſciens prudens amice cum vaſallo dominus vixerit? feudo non privabitur vaſallus: adde §. *ult. Inſt. de injuriis.* 50 *tit.* 5. & 17. *ſupr. hic.* 51 Non igitur idem ſi cum ejus vidua? Imo idem fuerit. 52 *t.* 5. & 17. 2. *feud.* 24. §. 2. 53 Impotentia fortuita & magna non adjuvans dominum vaſallus excuſatur, niſi eam vitio ſuo ſibi accerſiverit. Cæterum clamore ſaltem juvare cogitur, *l. cum dominus.* 19. *ff. ad SC. Silan.*

54 Miles inveſtituram petere debet intra annum & menſem, *ut hic*, alii vaſalli non milites intra annum & diem. *c.* 1. §. *præterea. infr. de proh. alienatione feud. per Frider.* 55 Hoc tempus currit ſcienti, non ignoranti, quippe ignorans non privaretur niſi ignorantia eſſet craſſa & ſupina. 56 Et diem vadat. Cujac. Hotom. *arg.* 2. *feud.* 24. 52. *in fin.* 55. *in fin. pr.* & ita legendum eſt 2. *feud.* 97. 57 A quibus inveſtituræ renovationem vaſallum petere oporteat. 58 2. *feud.* 52. *in fin. l.* 1. *C. quibus ex cauſis majores.* 59 Cauſæ juſtæ non petitæ inveſtituræ vaſallo hæ ſunt: mors, inimicitiæ capitales, infantia, juſta abſentia, *ut hic*, vel ſi quæ ſimilis. 60 Adde *l.* 2. §. 3. *ff. ſi quis cautionib. l.* 9. *l.* 20. *ff. de procurat. l.* 17. *ff. de ſponſalibus.* 61 *l.* 8. *in fin. l.* 14. *l.* 43. §. 6. *in fin. ff. de procurat.* 62 Adde *l.* 17. *ff. de procurat.* 63 *l.* 9. *l.* 23. *ff. de procurat.* 64 De inveſtitura quam facit dominus ſine conſenſu fidelis. *tit.* 22. Cujac. 65 Inveſtire pure alium de feudo vaſalli dominus non poteſt ſine conſenſu ipſius vaſalli. 66 Permutare feudum vaſalli, eo ignorante & non conſentiente, dominus non poteſt. adde *l. non dubium.* 5. *C. de legibus. l.* 2. *C. de Eunuchis.* 67 Id eſt, permutationem *tit.* 4. §. 2. *ſupr. hic.* 68 Et vaſalli. Militis enim nomine ſignificatur vaſallus, & magis domino opponitur quam pagano, *in pr. hujus tit. ſupr. hic.* & 2. *feud.* 26. 69 Pro infecto habetur, quod fit contra conſuetudinem feudalem. Quid? dominus alienans feudum vaſalli, invito vaſallo, num feudum amittit: quemadmodum amitteret vaſallus, ſi feudum alienaſſet invito domino? Baldus negat: cum privatio vaſalli ſit inducta illo caſu præter nullitatem alienationis. 70 Ut miles fidelis de poſſeſſione feudi non ejiciatur ſine culpa. *tit.* 23. 71 Id eſt, vaſallus, ut *ſupr.* 72 Dixi *tit.* 21. *ſupr. hic.* id eſt, niſi convictus & per ſententiam condemnatus. Ita vaſallus privari poſſeſſione ſui feudi non poteſt, niſi convictus & ſententia damnatus: a qua tamen ſententia appellare vaſallus poteſt intra ſex hebdomadas, eo interim manente in poſſeſſione feudi. 73 Id eſt, definienda, probanda. 74 *d. tit.* 21. 75 Appellari, omiſſo medio, ad imperatorem in feudis non poteſt. *l. Imperatores.* 21. *ff. de appellat.* 76 Appellationis judicem adire primus judex non cogitur, ſatis eſt enim ab eo apoſtolos dari, *l.* 1. *ff. de libellis dimiſſor.* hic autem primus judex, qui ſententiam dixit, judicem appellationis adire debet, quod ſpeciale eſt in magnis feudis. 77 Id eſt, judicium, *ut hic* & *tit.* 19. & 21. *ſupr. hic.*

78 *tit.* 24. Cujac. 79 Si dominus inveſtituram feudi negaverit: cum fidelis eſt in poſſeſſione feudi. *Cujac.* 80 De origine verbi vaſalli vid. Petr. Heig. 4. 2. *n.* 76. Anſ. 81 Idem in quolibet vaſallo. 82 Juramentum defertur vaſallo poſſidenti, cui controverſia fit inveſtituræ. 83 *tit.* 2. §. 4. Ĵ. *hic.* 84 Id eſt, jurare id quod verum ſit ex animi ſui ſententia, vaſalli & domini poſſidentes debent, quoties eis defertur jusjurandum.

TIT. XXIV. [1]

[2] QUEMADMODUM FEUDUM AD FILIAM [3] PERTINEAT.

Vaſallo defuncto ſine liberis, filia non ſuccedit in beneficio patris. Bald.

SI quis ſine filio maſculo [4] mortuus fuerit, & reliquerit filiam: filia non habeat beneficium [5] patris, niſi a domino [6] redemerit [7]. Si autem dominus ei dare voluerit propter ſervitium & amorem patris: non [8] revocetur [9] ab ullo ex parentibus [10], ſuis, neque damnetur.

TIT. XXV. [11].

[12] QUIBUS MODIS FEUDUM CONSTITUI POTEST.

Feudum ſine inveſtitura conſtitui non poteſt. Bald.

SCiendum eſt, feudum ſine [13] inveſtitura nullo [14] modo conſtitui poſſe, etiamſi domino jubente [15] quis alicujus rei nomine feudi poſſeſſionem nanciſcatur, & teneat: licet tamen poſſeſſionem taliter adeptam, dum vixerit, quaſi [16] feudi nomine retinere: herede ejus in hoc jure nullo modo ei ſuccedente [17].

SI [18] dominus, qui inveſtivit, forte ſit clericus [19], & contigerit, ut ante moriatur, quam vaſallus poſſeſſionem feudi nanciſceretur: exinanitur [20] feudum, quod generaliter in omnibus clericis, qui feudum dant, obſervatur.

TIT. XXVI. [21].

SI [22] DE INVESTITURA INTER DOMINUM ET VASALLUM LIS ORIATUR.

SI inter dominum & vaſallum lis oriatur de inveſtitura feudi, domino ſc. inveſtituram ſe feciſſe negante: ſi [23] teſtibus res probari non poterit, poſſeſſoris [24] ſacramento res decidatur. † Idem [&] in eorum ſucceſſoribus [25] obſervatur. † Si vero teſtes interfuerint, & eos vaſallus ad [26] teſtimonium vocaverit [27], eorum teſtimonio cum ſacramento [28] creditur. Teſtes [29] vero ſint pares [30] ejus, & [31] ſi autem eodem domino feudum tenent: qui tempore inveſtitionis abfuerint, etiam extranei [32] ſunt recipiendi, qui etiam [33] ſi veritatem celare voluerint, forte amore [34], vel pretio, vel alia qualibet ex cauſa, a conſule [35], vel a populo [36], jurare compellantur, quod ex ea cauſa falſitatem non dicant, nec vera ſcientes [37] taceant. His enim non cogentibus [38] eos, vaſallus cum ipſo domino ad [39] Imperatorem [40] ire feſtinet: eique quidem intimet: & quod Imperator inter eos judicaverit, obſervetur. Si autem ſe venturum, vel nuncium miſſurum vaſallus promittat; ex quo promiſerit, usque ad annum quiete poſſideat. Si vero ad regem non venerit, vel [41] non miſerit intra annum, domini [42] ſacramento cauſa finiatur. Et ſi teſtes ſacramento jam dicto præſtito ſe non interfuiſſe dixerint, domini ſacramento quæſtio terminetur. Hæc omnia etiam in clericorum perſonis locum habent: præterquam quod de perſonis teſtium dictum eſt. In [43] clericorum feudo pariter accipiuntur pares, & extranei: hoc ideo, quia cum clerici quosdam de feudo inveſtiant, ſæpe abſconſe [44] & ſine [45] præſentia ſuorum [46] confratrum [47] hoc facere ſtudent.

Orta contentione inter dominum & vaſallum, ſi vaſallus dicit, ſe vel patrem ſuum inveſtitum, debet probare per teſtes ſaltem duos ſuam intentionem. Bald.

§. 1. Si quis ſe vel patrem ſuum ab aliquo defuncto, vel patre ejus, de feudo inveſtitum eſſe contenderit: niſi per duos [48] pares de domo [49] ipſius domini probaverit quod intendit: vel etiam cum pares abſunt, per alios [50] idoneos duos teſtes: tunc in electione domini eſt, utrum velit jurare cum duodecim [51] ſacramentalibus, illum, qui feudum quærit, per ſe, vel patrem ejus, ſi de hoc quæritur, de ipſo feudo inveſtitum non fuiſſe. Quod ſi jurare noluerit, actor juret cum duodecim ſacramentalibus, ſe, vel patrem ſuum inveſtitum fuiſſe. Quod ſi jurare noluerit: qui convenitur, eſt abſolvendus. Secundum enim morem Mediolanenſium hæc ſacramenta præſtanda ſunt, tam a filiis [52] actoris, vel rei, quam ab ipſis principalibus perſonis. Si autem aliquis in poſſeſſione [53] feudi ſit, de quo dominus dicit eum inveſtitum non fuiſſe: tunc ſine probatione illa teſtium debet ſolus jurare ſe, vel patrem ſuum inde inveſtitum fuiſſe. Hæc autem ſunt ita tenenda, ſi [54] per annum [55] ſciente domino, & non contradicente in poſſeſſione [feudi] permanſit. Alioqui juſta ignorantia, vel parvi temporis negligentia cum inique poſſeſſionis perjurio quandoque domino in poſſeſſione damnum afferat.

TIT. XXVII.

DE FEUDO DATO IN VICEM LEGIS COMMISSORIÆ [56] REPROBANDO [57].

Feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ. Baldus.

SI [58] quis obligaverit aliquam rem pignori eo [59] pacto, ut [60] ſi ſtatuto tempore pecunia ſoluta non fuiſſet, res eſſet creditoris, & eam pro feudo habeat, poteſt debitor quandocunque [61] pecuniam ſolvendo, pacto non obſtante pignus recuperare: Feudum enim non [62] ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini adquirendum eſt [63].

SI [64] quis inveſtierit aliquem de [65] feudo ſui militis, viri [66] Placentini prorſus aſſerunt hanc inveſtituram non aliter valere, niſi eo conſentiente, cujus erat feudum. Mediolanenſes & Cremonenſes nihil differre aſſeverant, utrum eo ſciente, vel ignorante, dummodo, eo vivente, nullum detrimentum de feudo ſuo ſibi contingat. Hoc autem dicendum eſt de eo milite, qui feudi ſucceſſores non habet.

TIT. XXVIII. [67].

[68] DE USU MEDIOLANENSIUM SECUNDUM QUOSDAM.

Filio militis dicenti patrem inveſtitum de pignore & xxx. annos nomine feudi poſſediſſe, defertur jusjurandum. Jacob. de Bel.

1 *Tit.* 25. Cujac. 2 Ut filia in feudo paterno non ſuccedat niſi fuerit inveſtita. *Cuj.* 3 *tit.* 1. §. 3. 4 Filio vel nepote, vel deinceps. 5 *Sub.* novum, ut notat Petrus de Cervo, Baldus, Iſernias, Ardizo, Odofredus: ſed tamen Pileus & Belviſanus hunc locum de paterno & antiquo interpretantur: & Baldus quidem de feudo quod vaſallus pro ſe & heredibus ſuis maſculis & fœminis recepit. 6 *tit.* 8. *in fin. ſupr. eod.* 7 Reditu unius anni vel trium. id Galli *relief* appellant: adde 2. *feud.* 15. Alii interpretantur, niſi meruerit operis ſuis. 8 Inveſtire filiam vaſalli in feudo novo dominus poteſt invitis agnatis. 9 Imo revocatur, *tit.* 8. *ſupr. eod.* Solve, revocatur, ſi agnati non conſenſerunt. 2. *feud.* 39. ſecus ſi conſenſerint, 1. *feud.* 5. §. 1. vel dic, inveſtiri poſſe in feudo novo, non in antiquo. Priore enim caſu non ſuccedunt agnati. Atqui nullum videtur dubium, ut poſſit filiam vaſalli dominus inveſtire in eo feudo, quod ipſe mortuo vaſallo habiturus ſit invitis vaſallis. Quid? num dicemus, rem dubiam in feudis fuiſſe, ut poſſit, exſtantibus vaſallo agnatis, ejus filiam inveſtire? An potius dominum non poſſe agnatis extantibus filiam vaſalli inveſtire, niſi his caſibus, de quibus hic agitur? An hic dicemus filiam inveſtitam, vivente patre? An invitis agnatis inveſtiri poſſe, ſi feudum ab ejus patre adquiſitum, pro ſe, & heredibus ſuis etiam fœminis? 10 Id eſt, agnatis.

11 Feudum ſine inveſtitura non conſtitui. *Cujac.* 12 *tit.* 26. Cujac. 13 Feudum (ut habeat propriam naturam feudi) ſine inveſtitura conſtitui non poteſt. Ideoque ſi non præſente curia, dominus juſſerit aliquem poſſeſſionem alicujus rei prehendere feudi nomine, feudum rectum non erit, ut ad heredes deſcendat. Hujusmodi juſſus non eſt inveſtitura. Corporalis adprehenſio rei etiam voluntate domini facta rectum feudum non inducit. Quid ſi coram curia id juſſerit? actus pro inveſtitura habebitur. *Ravennas.* Quid ſi per annum paſſus ſit dominus vaſallum poſſidentem, & ab eo ſervitia receperit? Inveſtitus vaſallus recte videbitur. *c.* 1. Ĵ. *de conſ. recti feudi.* Quid ſi ſine ſervitiis 30. vel 40. annis poſſederit? rectum feudum fuerit: & ad heredes deſcendet. *c. ſi quis*, Ĵ. *ſi de feudo fuerit controverſ.* Quid ſi domini juſſus intervenerit, nullos pares habentis? Baldus negat recte feudum fore: Contra Alvarotus, rectum fore ait: Ravennas & Laudenſis tum demum rectum fore putant, ſi hujusmodi juſſus a principe intervenerit. *arg. l. omnium.* 19. *C. de teſtam. l. pen. C. de don. inter virum.* Quid, ſi domini juſſus in brevi tantum aliquo teſtato inſertus fuerit? rectum fuerit feudum: par enim autoritas parium, & teſtati, *cap.* 1. *infr. quid ſit inveſtitura.* 14 Imo aliquo. 2. *feud.* 26. §. 4. & *tit.* 33. ſolve, *ut infr. eod.* Conſtituitur & acquiritur ſucceſſione. *c.* 2. *infr. de feud. cog.* & præſcriptione. *c. ſi quis. infr. ſi de feud. fuerit cont.* 15 Abſentibus ſcil. paribus, alias ſi præſentibus id jubeat, juſſus pro inveſtitura cedit, *ut d. tit.* 33. 16 Quaſi feudum non tranſit in heredem. 17 Niſi præſcripſerit ſpatio 30. ann. *ut d.* §. 4. *Goth.* Quia ſi provocaverit ad Imperatorem, annum habet ad appellationem proſequendam. *auth. ei qui. C. de temp. appellat.* & conſequenter per eum annum quiete poſſidere debet, ut pendente appellatione nihil innovetur. Alvarot. *hic num.* 7. Anſ. 18 Feudum non traditum morte domini clerici perimi. *tit.* 27. Cujac. 19 *Sub.* at de bonis Eccleſiæ inveſtierit: non propriis. Hoc enim caſu comparatur laico, *c.* 1. *infr. de clericis.* 20 Imo non exinanitur, ſucceſſores enim inveſtientis poſſeſſionem tradere coguntur inveſtito. 2. *feud.* 35. *infr. eod.* ſolve: Coguntur utique ſi clericus, vel de ſuis, aut eccleſiæ bonis inveſtire ſolitis inveſtituram fecerit. *d. tit.* 35. non ſi de alieno, *ut hic* & *tit.* 3. *ſupr. eod.*

21 *tit.* 28. 22 De contentione inveſtituræ feudi inter dominum & vaſallum. *Cujac.* 23 Probationibus aliis deficientibus fides adhibetur poſſeſſoris juramento, ſi modo poſſeſſio præſumptione aliqua juvabitur, veluti ſi poſſeſſor anno, nec vi, nec clam, nec precario, quiete & libere poſſederit. 24 *tit.* 23. *ſupr. eod.* 25 Succeſſores jurare poſſunt de inveſtitura ſuo auctori facta, *ut hic*, & §. 1. Ĵ. *eod.* ſi modo facti veritatem noſſe poſſunt: non alias, *l. videamus.* 4. *ff. de in litem jurando.* 26 Teſtes citandi ſunt: alias non citati teſtimonium non valet. adde Bart. *in l. poſt legatum.* 5. §. *his vero.* 100. *ff. de his, quæ ut indignis.* 27 Etiam inviti teſtimonium dicimus. 28 Teſtibus plerumque non creditur niſi juratis, *ut hic.* vid. *l.* 9. *C. de teſtibus.* Socinum regula *Teſtis non juratus* 424. 29 Teſtis pro domino vaſallus eſſe poteſt, in negotio ac lite feudali, *ut hic.* Quo jure? quia nec prohibitus eſt jure, ideo admittendus. *l.* 3. *ff. de teſtibus.* 30 Id eſt, convaſalli. 31 Parium definitio: Pares ſunt qui ab eodem domino feudum tenent. 32 Extranei (paribus curiæ abſentibus) teſtes inveſtituræ eſſe poſſunt: ita teſtibus idoneis abſentibus, aut deſinentibus extranei admittuntur. adde *l. conſenſu.* 8. *C. de repud.* 33 Teſtis, etiam ſi veritatem amore, pretio, vel alia cauſa celare voluerit, jurare & teſtimonium dicere cogetur, *ut hic.* unde colligunt admitti etiam teſtimonium ejus, qui pecunia accepta teſtimonium initio dicere noluit. Præterea falſum teſtem eum non videri, qui initio rei geſtæ veritatem amore, pretio, vel alia ſimili cauſa celaverit, coactus tamen a judice juraverit & teſtimonium dixerit. Quid ſi poſt juramentum celet, vel aliud referat? teſtimonium vitiatur, ad hunc locum vide Socinum regula *Teſtium corruptio* 405. 34 Vid. *l.* 3. *ff. de teſtibus.* 35 Id eſt, judex ordinarius. 36 Præpoſito: Cujacius ita hunc locum emendat. Eſt autem præpoſitus miſſus & vicarius comitis. 37 Se ſcientibus, Cujac. ut eſt Ĵ. 2. *feud.* 5. me ſciente. 38 Teſtes producti coram arbitro, poſſunt & debent cogi per judicem ordinarium ad indicandum & teſtimonium perferendum. 39 *tit.* 22. *in fin. ſupr. eod.* 40 A denegata juſtitia, aut juſtitia quaſi denegata, non tantum appellatur ſuperior judex, ſed princeps etiam adiri poteſt, ut poſt Bartolum, Baldum, Angelum notat Ravennas. 41 In cauſa feudali etiam ante litem conteſtatam, ſententiam definitivam dici poſſe hinc colligit Ravennas: ut in cauſa appellationis. *l. ult.* §. *illud. C. de temp. appell.* 42 Poſſeſſio nuda vaſallum non juvat, niſi legitime probetur: ea enim neglecta, juramento domini fides habetur, *ut hic.* 43 Teſtes in clericorum feudis æquo jure admittuntur pares curiæ & extranei. Quid ita? Clerici clam ſæpe faciunt ſuas inveſtituras. 44 Clericorum inveſtituræ aliis ut ſæpius occultiores. 45 Quid? poſſuntne clerici ſuis agnatis non potentioribus ſed æqualibus iisdem prorſus conditionibus & pactis vaſalli feudum apertum, conferre, vel emphyteuſim? poſſunt. 46 An & ſeipſum inveſtire de re Eccleſiaſtica, aut feudo ſuæ Eccleſiæ aperto, prælatus poteſt? non poteſt, Bald. & *Doctores hic.* 47 Capituli. 48 *l.* 12. *ff. de teſtibus.* Teſtes duo ſufficiunt ad inveſtituram feudi probandam. 49 Qui & pares domus. 50 Extraneos. 51 Vid. *tit.* 28. *infr. eod.* 52 Dixi *ſupr. eod. in princ.* 53 *tit.* 23. *ſupr. eod.* 54 Imo aliud tenendum eſt in hac ipſa hypotheſi: quippe juramentum vaſallo poſſidenti non prius defertur quam longa poſſeſſione ſit munitus. 2. *feud.* 33. *in fin.* anno autem uno, de quo hic, non adquiritur longa poſſeſſio, *C. de longi temp. præſcript.* 55 Poſſeſſio in feudis præſumptionem pro vaſallo tunc inducit, quum vaſallus in poſſeſſione feudi fuerit per annum, quiete, & ut inveſtitus: domino ſciente & non contradicente. Unde notant, Titulum hic præſumi ex ſola annali patientia, cum præſumptione inveſtituræ.

56 2. *feud.* 51. §. 6. *l. ult. C. de pact. pignor.* 57 Feudum lege commiſſoria, vel ſub pacto commiſſorio conſtitui non poteſt, *ut hic.* Proinde præterito id genus pacta, poteſt dominus idemque debitor rem ſuam revocare, reſtituto emptori vaſallo pretio. Ut in pignore, ita in feudo pactum hoc commiſſorium reprobatum eſt, *l.* 1. *C. de pactis pign.* Quod ſi pactum hoc (legis commiſſoriæ ſcil.) ex intervallo adjectum eſt? valere exiſtimatur *l.* 2. *C. de pactis pign. l. Callippo.* 45. *ff. de ſolutionibus.* Quid? in caſtro pignori accepto, poteſtne creditor uti jurisdictione? Vid. *l. eleganter.* 24. *in fin. ff. de pign. act.* 58 *tit.* 29. Cujac. 59 Quid ſi ita convenerit citra pignoris ullam mentionem, ut niſi ſtatuto tempore decem mihi ſolveris, Tuſculanum prædium meum ſit: aut feudum habeas emptum juſto pretio? valebit utrumque pactum. *l. ult. ff. de contrah. empt. l. ſi fundus.* 16. *in fin. ff. de pign.* Bald. Alvar. Ravennas. 60 Formula legis commiſſoriæ notetur. *l.* 2. *ff. de lege commiſſoria. l.* 1. *C. de pactis pign.* 61 Etiam poſt triginta annos. Nam jus offerendi pretii, debitori poteſtatis & facultatis jure competit. Atqui juri ſeu facultati non præſcribitur. Quid ſi debitor in mora luendi pignoris ſui conſtitutus fuerit? præſcribitur jus offerendi, vel eo tempore non expectato. *l. ſi convenit.* 4. *ff. de pignor. act.* 62 2. *Feud.* 23. *in fin.* Ĵ. *eod.* Imo, feudum interveniente etiam pecunia poteſt adquiri. *tit.* 1. *in fin.* 7. 16. 24. *in pr. ſupr. eod.* 2. *feud.* 12. Solve: pecunia adquiri non poteſt, eo contractu, qui jure ſit reprobatus: alias juſto contractu, feudum pecunia numerata adquiri poteſt. 63 Et merito, cum feudum originem ex beneficio & amicitia habeat. 64 *tit.* 3. Cujac. 65 *tit.* 3. *ſupr. eod.* 66 De feudo vaſalli viventis inviti poteſtne dominus alium quendam inveſtire? Placentini præciſe negant: Mediolanenſes & Cremonenſes adhibita diſtinctione, putant id feudum etiam conferri poſſe, dummodo nullum præjudicium fiat ipſi vaſallo viventi; aut ejus ſucceſſoribus, eo mortuo, hoc eſt, putant feudum alienum poſſe in diem & ſub conditione conferri, *ut hic.* Atqui pactum futuræ ſucceſſionis injuſtum eſt. *l. ult. C. de pactis?* hoc pactum non eſt de futura ſucceſſione, ſed potius de jure caduci, quod collatum eſt in id tempus, quo nullum jus in ipſum feudum tertio alicui ſit. 67 *tit.* 31. Cujac. 68 Si dominus feudum militi ſuo obligaverit. *Cujac.*